



etiam per se ipsum immediate aliquis scripserit, de quo dicam Resolut. 3. q. 1. In singulis sententiis, ac verbis, quia ad rationem scripturæ pertinet, ut non solum Spiritus sanctus dicaverit sensum, sed etiam verba, ac eorum ordinem, ut explicabo infra q. 6. à num. 64. Tota definitio supra citata desumitur ex 2. Petr. 1. nu. 20. Hoc primum intelligentes, quod omnis Prophetia Scriptura propria interpretatione non fit, non enim voluntate, humana allata est aliquando Prophetia: sed Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines. Ad nomina sacra Pagina veniamus, & ex quibus multa ejus excellentia innotescit, ac declaratur.

Biblia, & Scriptura.

2, Calepin. Thesaur.

Sacra Pagina dicitur Biblia, Bibliorum in plurali generis neutri ut testantur Calepinus, ac Thesaurus lingue Latine; alii etiam cum Baronio dicunt in genere feminino Biblia, Biblia, & semper significat libros, & recte per antonomasiam, ac excellentiam Pagina sacra dicitur Biblia, quia ipsa est liber omnium librorum ab ipsaque omnis vera, ac recta doctrina, sapientia, & disciplina contenta in omnibus aliis libris, tanquam à fonte ac origine derivatur, ac dimanat, sic & simpliciter ipsa dicitur Scriptura Actor 8. n. 82. Locus Scriptura quem legebat. Roman. 4. n. 3. Quid enim dicit Scriptura, Matth. 21. n. 42. ait Christus Dominus Nunquid legis in Scripturis. Pl. 86. num. 6. Dominus narrabit in Scripturis, quia ipsa sacra Pagina est principium unde omnis Scriptura in vera sapientia, ac doctrina nascitur, & ideo per excellentiam nuncupatur Scriptura, & etiam ob summam ejus dignitatem dicitur Biblia sacra, Scriptura sacra, sic appellat D. Paulus Roman. 1. n. 2. Quod ante promiserat per Prophetas suos in Scripturis sacris.

Actor. 2. Rom. 4. Math. 21. Psalm. 86.

Rom. 1.

3.

Ezech. 1.

D. Gregor.

Cassiodor.

Ille admirabilis curus Ezechielis admirabili ordine dispositus dicitur, quod una rota erat in medio Rotæ, & subdit ipse. Propheta Ezechiel 1. n. 16. Aspectus rotarum & opus earum, quasi visio maris. Per unam rotam in altera inclusam, utrumque testamentum intelligit D. Gregorius; novum enim in veteri contentum, Nam in Testamenti veteris littera, Testamentum novum latuit per allegoriam, Sed cur utrumque Testamentum in quo tota Scriptura continetur, cum mari comparatur, quasi visio maris? ex mari exeunt flumina, à marique hauriunt aquas, quibus abundat; inde recte sacra Scriptura cum mari comparatur, quia ab ipsa, tanquam à mari, omnia scientiarum flumina participant aquas veræ doctrinæ, sapientiæ, ac disciplinæ. Inde recte Cassiodorus in Prologo Scripturæ, ipsam comparat cum semine, à quo fructus aliarum scientiarum nascuntur. Sic ait ipse, Constat in origine Scriptura sacra, aut disciplinarum, aut artium liberalium initia, seu indicia fuisse seminata, quæ postea Doctores secularium litterarum ad suas litteras prudentissime transferunt.

Testamentum.

4.

Hanc quætionem satis late, ac distinctè tractavi tom. 5. in Evangelia lib. 7. c. 7. q. 35.

& 36. quæ videnda. Ex ibi dictis breviter sacra Scriptura secundum utramque. Pagina novam, & veterem dicitur testamentum, ut patet ex Apostolo ad Hebræos 9. n. 16. & ait: & ideo novi Testamenti mediator est, ut morte intercedente in redemptionem earum prævaricationum, quæ erant sub priori Testamento, ubi expresse agnoscit duplex Testamentum, novum & prius, seu antiquum; & ita communiter loquuntur Patres Tertullian. lib. 4. contra Marcion. D. Hieron. in Prefatione Evangelistarum ad Damasum. D. Augustin. epist. 83. Rufinus lib. 2. in tradition. Cassian. collat. 4. cap. 10.

Hebr. 9.

Tertullian. D. Hieron. D. August. Rufin. Cassian.

Testamentum derivatur ex voce Hebraica Berioth, quod proprie significat fœdus, seu pactum D. Hieron. in cap. 2. Malachia. ait, Notandum quod Berioth verbum Hebraicum, Aquila, testamentum, id est pactum, interpretatur. Et Septuaginta semper Testamentum; & in plerisque Scripturarum locis, testamentum, non voluntatem defunctorum solum sonare, sed pactum viventium. Duplex autem fœdus in sacris literis, Dei cum hominibus invenitur: unum cum populo antiquo per Moysen, in quo observantibus legem promittebatur multa abundantia temporalium honorum: Bona terra comedetis, à cap. Exod. 19. u. que 24. n. 7. & multis aliis in locis. Alterum fœdus seu pactum novum à Prophetis prædictum. Jerem. 31. n. 31. Ecce dies venient, dicit Dominus, & feriam domui Israël, & domui Juda, fœdus novum. Paulus Hebræor. 8. n. 8. & Septuaginta legunt, Testamentum novum. Hoc novum Testamentum nobis instituit Christus Jesus Dei Filius in lege gratiæ promittens suis fidelibus æternam vitam; qui manducat hunc panem, vivet in æternum. Joan. 6. numero 59. Ut repromissionem accipiam, qui vocati sunt æterna hereditati, Hebræor. 9. n. 19. Ex quo Innocentius III. cap. cum Martiaba de celebrat. Missar. colligit excellentiam legis gratiæ super veterem: nam hæc promittebat bona terrena; illa verò promittit cœlestia, & æterna.

5. D. Hieron.

Exod. 19.

Jerem. 31

Hebr. 8.

Septuag.

Joan. 6.

Hebr. 9.

6.

Et quia solemnitas, ac celebris erat consuetudo, ut fœdera, morte, ac sanguine celebrarentur ad judicandum, quod illud fœdus tandiu duraturum erat, quandiu duratura foret mors animalium occisorum, sic & novi Testamenti fœdus sancitur pretioso sanguine Christi Jesu, 1. Petri 1. num. 9. Apoc. 1. n. 5. sic & testamentum vetus sanguine firmatum est. Ait Paulus: Nec primum quidem sine sanguine dicatum est. Hebræor. 9. n. 18. Et statim subdit Apostolus, quod Moyses accipiens sanguinem vitulorum, aspergens populum dixit: Hic est sanguis testamenti, quod mandavit ad vos Deus.

1. Petr. 1.

Apoc. 1.

Hebr. 9.

Ad validitatem Testamenti requiritur mors testatoris, ut docet Apostolus Hebræor. 9. n. 16. Ubi testaturum est, mors necesse est intercedat testatoris: Testamentum enim in mortuis confirmatum est. Novum autem testamentum morte Christi testatoris confirmatum est, ut ait Apostolus citato loco: Novi testamenti mediator effectus est, ut morte intercedente in redemptionem earum prævaricationum, &c. & Ro. 6. n. 3. In morte ipsius salvati, & baptizati sumus. Et etiam vetus Testamentum morte firmatum est; & quia Deum qui testator erat, impossibile

Rom. 6.

impossibile erat mori, qui essentialiter est ipsa vita, ideo illud antiquum testamentum firmatum est morte victimarum, ac vitulorum, quæ Christi mortem præfigurabant. Et sicut gratia data est Patribus Antiquis ex prævitiis meritis Christi, ita eorum testamentum est confirmatum morte præfigurata ac prævitiis Christi.

8.

Recte pactum, quod Deus inivit cum hominibus, & quo promisit sua cœlestia dona, dicitur testamentum: nam sicut per illud patet testaturum suum peculiarem affectum erga filios suos, quos constituit sui hæredes; sic Deus suas scripturas, quibus nobis promittit tanta dona, testamentum voluit dici, per ipsas nobis testaturum suum eximium amorem, quod nos ut filios constituit suos hæredes. Rom. 8. n. 16. Si filii, & hæredes. Actor 20. num. 32. Dare hæreditatem in sanctis spiritibus omnibus? Psal. 110. n. 4. Escaam dedit timenibus se, ut det illis hæreditatem. Matth. 25. n. 34. ait Christus suis electis: Possidete vobis regnum. Græcus legi, Hereditate possidete. Vide supra citatum locum.

Rom. 8. Actor. 20. Plal. 110.

Math. 25.

Duodecim nomina metaphorica Scriptura.

9.

D. Gregor.

Primo, Dei Epistolam appellant Patres D. Gregor. lib. 4. epist. 84. nam uram sacra Scriptura indagans ait: Quid est Scriptura sacra nisi quadam Epistola omnipotentis Dei ad creaturam suam? Similiter D. August. in Psal. 99. ait: De illa civitate, unde peregrinamur, littera nobis venerant ipsa sunt scriptura, quæ nos hortantur, ut bene vivamus. Eandem doctrinam inculcat serm. 16. ad Fratres in Eremito: Scriptura divina, ait, quasi littera de patria ad nos transmissa. Eodem modo loquitur D. Chrysostomus homil. 3. in 2. ad Thessalon. & multi alii Patres. Secundo, Tertull. lib. 4. contra Marcion. D. Augustinus epist. 83. D. Hieron. in Prefat. Evang. appellant Scripturam instrumentum Dei. Per instrumentum operatur artifex, Deus per Scripturam illuminando operatur nostram justificationem. Tertio, Tanta est excellentia Scripturæ, ut dicatur cor & anima Dei, tanquam ab effectu per ipsam cognoscimus consilia ipsius animæ, & cordis Dei, ait Deus. Suscibebo mihi sacerdotem fidelem, qui juxta cor meum, & animam meam faciat. 1. Reg. 2. n. 35. Chaldaus vertit, juxta dictum meum faciat. Cor & anima Dei, dicitur ejus dictum, hoc est ejus scriptura, D. Gregorius ibi. Quid cor, & anima Dei, nisi sacram ejus scripturam accipimus, quia ergo in sacro eloquio consilio omnipotentis Dei cognoscimus; ibique amorem, quo humanum genus dilexit invenimus: ipsum eloquium, cor, & anima ejus rationabiliter designant.

D. Chryf.

Tertullian. D. August. D. Hieron.

1. Reg. 2.

D. Chald.

D. Greg.

D. Hieron.

Lyrar.

Didym. Celseus.

10. Cant. 3.

Quarto, Hieron. in cap. 47. Ezechielis, n. 12. sacram Scripturam appellat lignum vite. Quinto, Lyranus ad cap. Ecclesiast. 24. n. 32. ubi est sermo de libro vite, dicit esse sacram Scripturam, quæ non instruit, ac ducit ad vitam veram. Sexto, Didymus, in Psal. 68. sicut & Petrus Celseus, de mystico Tabernaculo, sacram Scripturam mentem appellant spirituales ad omni cœlesti pabulo reficiendas animas. Septimo, Tenebra virgo in Cant. introducitur, in cellam vinariam Chaldaus, in domum

gymnasti doctrina, ibi D. Gregorius ait ut sua vultivo divina Scripturæ vino inebrietur, ut solum cœlestia quærat. Olib. D. Ambr. lib. 6. Epistol. 41. Rupertus Abbas lib. 1. in Rupert. Genesim, appellant sacram Scripturam paradysum, quem Deus plantavit, quo inspiravit in homine spiritum vitæ cœlestis, & inde exeunt quatuor flumina divinae doctrinæ ad irrigandas quatuor orbis partes: Nono, Didymus in Psal. 68. Petrus Blesensis epist. 76. Eucherius de dedicat. Ecclesie, scripturam sicut mentem quam proposuit divina Sapientia, Proverb. 9. n. 1. Omnium rationabilium ciborum, intelligentiæ, cognitionis, ac contemplationis Decimo, D. Hieron. D. Paschas. Origenes, D. Thomas, scripturam interpretantur thesaurum absconditum, Luc. 13. num. 44. in agro Ecclesie omnium cœlestium mysteriorum. Undecimo, Scriptura omnium infirmitatum medicamen, juxta illud Sapient. 16. n. 12. Tuus Domine sermo sanat omnia. D. B. filius epist. 1. ad Greg. ait, Ab scriptura unusquisque tanquam ab officina medicina, appositum suæ infirmitati medicamentum invenire poterit. Tandem, Duodecimo, Scriptura, ut interpretator Rupertus lib. 3. de victoria verbi cap. 3. est turris David, quæ ædificata est cum propugnaculis. Mille clypei pendent ex ea. Cant. 4. n. 4. Turris cum propugnaculis ad nostram defensionem, ac tutamen, cum clypeis, qui custodient caput, ac mentem ab omni iniqua cogitatione, & ita Scriptura nos defendit ab omni adversario visibili, & invisibili.

Chaldaus.

D. Greg.

D. Ambr.

D. Hieron.

D. Paschas.

Origenes,

D. Thom.

Luc. 13.

Sap. 16.

D. B. filius

D. B. filius

Rupert.

Cantic. 4.

QUESTIO II.

Qui Libri sunt Canonici?

SUMMARIUM.

- 11 Quid sit Canon, & multæ derivationes ex eo.
12 Dupliciter consideratur liber Canonicus, in actu primo, & secundo.
13 Libri Canonici dividuntur in Canonem synagoga, & Ecclesie.
14 Libri Canonici dividuntur in duas classes.
15 Varia computatio circa Canonem antiquum, & num. 16.
17 Ex D. Hieronymo quomodo antiquis dividebantur libri.
18 Circa quam divisionem tria maxime notanda, & n. 19.
19 Falsum dicere, quod solum libri ex veteri Testamento, qui citantur in novo sint canonici.
20 Canon Ecclesie Catholica à Concilio Tridentino.
21 Hic Canon determinatus à multis Conciliis antiquis.
22 Et libri sunt Canonici cum omnibus suis partibus.

Quid Canon, à quo derivantur multa.

A Nomine incipiamus, Canon nomen est Græcum, & idem valet, ac regula teste D. Isidor. lib. 6. c. 16. proindeque Canon in du-

11.

D. Isidor.